

IN NOMINE PATRIS, ET FILII
& Spiritus Sancti, Amen.

ORDINATIONES

PRO BONO REGIMINE

PROVINCiarVM INDIARVM OCCIDENTA-
lium Ordinis Fratrum Prædicatorum, factæ in Capitulis
Generalibus, & de mandato R^{mi} P. F. Thomæ Turci Cre-
monensis, eiusdem Ordinis Generalis Magistri, simul col-
lectæ, & in Prouincijs Hispaniarum publicatæ, atque ad
easdem Indiarum Prouincias transmissæ, anno 1648. Cum
præcepto vt omnes, tam superiores, quam cæteri eius
curæ subiecti, ad quos huiusmodi Ordinationes per-

tinent, eas executioni mandent sub pœ-
nis, & censuris in eisdem
contentis.



CAESAR-AVGVSTAE: Apud Petrum Lanaja, Regni
Aragonum, & Vniuersitatis Typographum
Anno M.DC.XLVIII.

1648

**PROVINCIAE INDIARVM
OCCIDENTALIVM ORDINIS**

Prædicatorum sunt hæ.

ORDINATIONES ***

Provincia sanctæ Crucis.

S. Iacobi de Mexico.

S. Ioannis Baptistæ del Pirù.

S. Vincentij de Chiappa.


S. Antonini Noui Regni.

S. Laurentij de Chile.

S. Catharinæ Martyris de Quito.

S. Hippoliti Martyris de Oaxaca.

S. Rosarij Philippinarum.



CAESAR-AUGUSTAE: Apud Patrum I. deo. R. 1711

Typographi: de. 1711

Anno M. DC. XLIII.

VNIVERSIS; ET SINGVLIS

Patribus, ac Fratibus Prouinciarum India-
rum Occidentalium Ordinis
Prædicatorum.

FRATER THOMAS TVRCVS

Sac. Theologiæ Professor, ac totius eiusdem
Ordinis humilis Magister Generalis, &
seruus spiritum obseruantia.



A M, quam postulat Generalatus officium de
Indiarum Occidentalium Prouincijs sollicitu-
dinem habentes, Venerabiles Magistri Ordini-
nis Prædecessores nostri, multa pro illarum
fælici gubernio, tum in Capitulis Generalibus,
tum extra disposuerunt, quæ ad fidem in illis
partibus plantandam, & augendam, & ad ob-
seruantiam regularem conseruandam magis opportuna pro
tæporum varietate visa sunt. Ex quo enim tempus aduenit il-
lius repromissionis, quæ iuxta Petri verba. Act. 2. Facta est,
nedum nobis, & filiis nostris: sed, & omnibus qui longè sunt,
quos dignatus est Dominus advocare, ut à consinibus terrarum,
& Insularum illarum, quæ extra hunc mundum esse videban-
tur, eliminata idolatriæ nocte, fidei Sole oriente, iuxta Is. va-
ticipinium iubilarent extrema terræ, & homines illi, qui sine le-
ge, & Deo vivebant barbari, & særali in Christianam mansue-
tudinem versa, cantarent Domino canticum nouum, & laudem
Dei ab extremis terræ resonarent, qui descendunt in mare, &
plenitudo eius, insule, & habitatores earum: Videntes Venera-
biles Magistri Ordinis, undequaue à Patrefamilias vocari
operarios, quos ad excolendam nouam hanc vineam mitteret,
suo muneri non desuerunt, sed plures, ac plures miserunt fra-

Act. 2.

Isa. 44.

Isa. 42.

Mat. 20.

8

ORDINATIONES
PRO OMNIBVS INDIARVM
Occidentalium Prouincijs in communi.

De Prouincialibus.

1 **R**EVERENDI Prouinciales, omnesque Pra-
lati Regnorum Hispaniæ omni studio, &
charitatis zelo fauere curent his qui ad
colligendos Prædicatores ad conuersionē
Indorū mittendos fuerint destinati, & sub
interminatione diuini iudicij, prohibemus;
ne Fratres ad hoc idoneos, & illis proficisci desiderantes
impediant, quoniam diuersarum partium relatione com-
pertum habemus, messem illic esse multam, operarios au-
tem paucos. *Rome 1571.*

2 **RR.** Prouinciales Indiarum cordate & religiosè se ge-
rant in cura subditorum habenda, quo suo studio religiosi
in sua vocatione indies proficiant, exemplaresque se red-
dant, recolentes seipfos tanquam luminaria, & sal terræ,
& virtutum omnium exemplaria eo fuisse destinatos, & si
qui sunt minus exemplares, vel certè scandalosi, eos con-
tendant cortipere, nec impunita permittant delicta, vel
peccata, præsertim quæ scandalum pariunt in oculis sæcu-
larium, pro quorum salute tamquam operarij Patris fa-
milias in illas partes transmissi fuere. *ibidem.*

3 **R.P.** Prouinciales Prouinciarum Indorum, tam præsen-
tibus, quam futuris temporibus sub pœna absolutionis ab
officio, quamdiu Prouincialatus funguntur non recedant
à suis Prouincijs gratia redeundi ad Hispanias, quam pri-
mum autem à Prouincijs recesserint commitimus tribus
Prioribus trium antiquiorum Conuentuum, vt simul con-

obseruent, & executioni mandent, sub poena absolutionis
ab officijs (in casu contraventionis, vel negligentiae) irre-
missibiliter infligenda. In nomine Patris, & Filij, & Spiri-
tus Sancti. Amen. In quorum fidem his nostro sigillo mu-
nitis manu propria subscripsimus. Datis in nostro Conuen-
tu Praedicatorum Caesar-Augusta die 8 Februarij 1648.

J. J. Thomae

V. M.

